

August Varenius Johann Grambs

'Iur setume be-reshit i. e. Decas Illustrissimorum & Maxime Arduorum Locorum Geneseos Ebraicae : Quae Ex Principiis SS. Linguae breviter explicantur & a Judaeorum, Judaizantium, Pontificiorumq[ue], Bellarmini p[re]aeprimis corruptelis liberantur

Rostochi[i]: Richelius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738069760>

Druck Freier  Zugang



Vert.: J. Grambs

A. Varenius/a
R. U. theol. 1646

עשור סתום בראשיה

46

i. e.

DECAS ILLUSTRIS- SIMORUM & MAXIME AR- DUORUM LOCORUM GENESEOS EBRAICÆ.

Qvæ

Ex PRINCIPIIS SS. Lingue breviter explicantur
& a
JUDÆORUM, JUDAIZANTUM, Pontificiorumq;,
Bellarmini præprimis corruptelis liberantur

Qvam

DEO ADSPIRANTE GRATIAM.

In Illustrissimâ Rostochiensi Academia,

PRÆSIDE

. Viro Clarissimo ac Excellentissimo

Dn. M. AUGUSTO VARENIO

SS, Ling: Prof: Publ: Præceptore colendo,
honorando,

Publica dñqvisitioni submittit

JOHANNES Grambs/

Moeno. Francofurt.

In Auditorio majori ad d. 23. Sept. hor. mat.

— * — * —

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat: Typogr. 1646.

1750. 1750. 1750.

DECAEPIPHANIAS
SIMONIS & MAXIME AR.
Dicitur in hoc operi de operis
EVANIE

Capitulum 22. In quo dicitur quod
Iudeorum iudicium. Tunc iudicium
Estumque iudicium de operis
operum.



D. M. AGENSIO VARENSIO

22. Propter fratrem patremque
personam.

JOHANNES GEMMEL

M. 1750. 1750.

1750. 1750. 1750.

1750. 1750.

1750. 1750.

LOCUS I. Gen: 3. v. 15. Conti-
nens παπυραγχέλιον.

חָתָם יְשׁוּפָה רָאשׁ וְאַפִּרְתָּן חַשְׁבָּנָה עַקְבָּן :

Qui, quæ hic dicuntur de semine illo contrituro caput serpentis, ad Mariam accommodant (ut communiter faciunt Pontifici, Lyranus, cuius hæc est glossa: *in imitatis ponam inter te & mulierem (Mariam) & inter sementum & semen illius (Christum) ipsa: oneret caput tuum, quia per ipsam mediante filio potestas Diaboli est contraria.* Et Bellarminus l. 1. de verbo Dei) illi contrarium habent. Primo pronomen הָא qvod necessariò tum propter positum & legitimam structuram, tum propter rationem generis, non cum præcedente affixo foeminino; sed toto illo nomine in statu affixionis posito debet conjungi, vel proximè precedens nomen designare. II. Verbum יְשׁוּפָה idq; tum respectu formationis (est enim tertia persona non foeminina: sed masculina cum affixo secundæ personæ) tum respectu significationis, scilicet nullibi id simplici homini, ne dum in tali qualis hic est, positi & conjunctione cum nomine יְשׁוּפָה tribuitur (præsupponimus etiam hoc ipsum קָרְבָּה vi significationis & usurpationis nullibi simplici seu naturali serpentis tribui: sed de illo dico illud קָרְבָּה ut עַקְבָּן נָשָׁךְ סָסָךְ Gen. 49,17. Num. 25,10. Prov. 23, 32: קָרְבָּה idem significat qvod in caliginosissimis tenebris involutu detinere, deprimitre vel conterere vid. Job. 9,16. בְּשֻׁעָרָה אֲשֶׁר יְשׁוּפָה i. e. qui densa plaga vel turbine me involvit & conterit sic Ps. 139. ii. קָרְבָּה יְשׁוּפָה tenebra me involvent vel ob volutum detinebant) Unde patet qvid hoc in loco sit quando de foeminæ mulieris dicitur שָׁאֵלָה רְאֵלָה יְשׁוּפָה scilicet idem fermè est qvod de illa partis principali Sathanæ & contritione dicit, cum illo, qvod dicitur in Epistola Iud. 1,6. qvod nimis Dominus Angelos τὰς μὴ μεγάρες τηνέκαυτον

A 2

אֲמֹרָה.

et reserveraverit in iudicium magni illius diei, idq; detinendo illos deus nos
aeris ut et cœlo per aeternis vinculis sub caligine. Et 2. Pet. 3. 4. Si Deus
Angelū peccantibus non peperereit, sed illos et ipsius Cœlo misericordias
tradidit illos ad iudicium uig; detinendos. III. Affixum masculinum
tertiae personæ in voce נָשָׁנָה quod affixum debebat esse fœmininum
si stare posset expositio Pontificiorum. Qued autem Bellarminus
putat, pro pronomine masculino mutata punctatione posse vel potuisse
esse fœmininum נָשָׁן (quod etiam in forma fœminina non infreqvens
est cum in præcedente chirek) in illo tamen id quod falsum est præsup-
ponit, nec enim tam lubrica debebat esse punctationis autoritas, ut illa
mutare, aliūq; sensum in scripturā inferre liceat: nec obstat illius pro-
batio, quod scilicet h̄c sit enallage freqvens in locū scripture alius, ubi
pronomen masculinum est pro fœminino, verbum item masculinum pro
fœminino. Etenim I. ignorantia & audacia est in Schola Sp: S., in
scriptura V. T. multiplicare enallagas, cum unus vel alter specialis
modus specialiter sit explicandus, nec inde liceat idem in aliis locis ubi
nulla cogit necessitas, & repugnat etiam positus, structura & indubi-
tata accentuatio, idem committere. II. Concessis illis, quæ adduci
possent locis, in quibus talis sit mutatio: inde tamen id quod Bellar-
minus vult non sequitur. Etenim ut dictū, urgetur non saltem prono-
men: sed & verbum & affixū 3. part. masculinū, adeoq; tota Phrasis vel
propositio. Urgetur maxime omnium structura & vocū positus, pun-
ctatio, accentuatio, quæ omnia apodicticē confirmant expositionem
illam, quæ pronomen illud interpretatur de semine mulieris, & sta-
tim poniticiam confutant tanquam contrariam Grammaticæ, quæ
docet in pronomine illo notari non affixum tantum, sed totum no-
men præcedens. Ut nihil dicamus jam de complemento, quod non
Mariæ sed soli Dei filio competit: qui dissolvit opera Diaboli & per
mortem illum qui potestatem mortu habebat (Diabolum) superavit.
Heb. 2. 13. Confirmat h̄c omnia etiam vetus interpretatio Chaldaea,
quæ verba h̄c: רִשְׁיָקְרָה הַוָּה Rashi clare reddidit: הוּא וְהִי רֹכֶר
i. e. ille filius mulierū recordalitur
tibi, quod fecisti ipsi in principio.

10

LOCUS II. Exhibens desiderium

Evæ, qvod habetur Gen. 4. v. 1.

קָנָתִי אֶשׁ אֶת־יְהוָה :

Dissentiant in hujus loci expositione & interpretatione, tum Paraphrastæ tum Metaphrastæ. Etenim I. Paraphrasis Chaldaica redditum : יְהוָה כּוֹרֵךְ קָנָתִי גַּבְرָא מִן־פָּסְדִּי posedi vel acquisivi virum à Domino : LXX. 24. τὸν ἡγέτην : quos secuti Vulgatus & Litanus reddunt: Posedi virum per Dominum. Münsterus & Tremellius, acquisivi virum à Iehova, quasi נִמְנַחַת esset pro נִמְנַחַת Lutherus omnium rectissime: Ich habe den Mann/ den Herrn : quam expositionem videtur probare Targum illud qvod extat nomine Jonathanis קָנָתִי לְגַבְרָא יְהוָה מֶלֶךְ נָאָתָה i. e. acquisivi virum, angelum Domini. Drusius omnibus in locis constanter defendit illam: posedi virum cum Domino. Qvareritur hinc, an Eva cum parere Cainum existimaverit se Meßiam peperisse? Negantid Drusius, & qui in varias abeunt interpretationes, alii.

Conclus: I. Qui verba Evæ reddunt, vel per Dominum vel à Domino errant in particula נִמְנַחַת qvæ nunquam in tali præprimis positu, illam admittit interpretationem, adduoit qvidem Tremellius exempla Gen. 4, 4. Sed locus ille non indiget interpretatione tali: Sed commode potest reddi: Illi egressi sunt civitatem ut etiam redditum Münsterus. Locus alter, quem adducit, similiter nullà indiget ellipsis vel mutatione particularum, sed commode redditur: Totam illam terram Gilead ad iugum Dan: Das ganze Land Gilead bis gen Dan/uti optimè exposuit Lutherus. Ipse etiam Tremellius dubitat de versione sua addens: nisi forte cum Hieronymo interpretetur ovu Jeze.

Conclus: II. Qui verba illa interpretantur: acquisivi virum Dominum: rectius faciunt, qvam qui reddunt: acquisivi virum cum Domino i. e. Domini ope vel auxilio, vel qvod Græcicidunt οὐ τοῦ Ιησοῦ. Confirmant illam interpretationem I. Particula נִמְנַחַת hoc in loco dispositio, qvæ post verbum activum inter talia vel similia duo substantiva posita, accusativi semper est nota. Frustra hic cumulantur exempla, & multiplicantur loca, ubi particula נִמְנַחַת notat, cum, illi

enim adjuvari possent his exemplis Gen. 9, 9. ubi sexies legitur hoc
 in usu. Gen. 1, 22. 24. &c. Cum hoc sit probandum, quod in tali,
 qualis hic est, positu & structura dispositione reddenda sit, & alicubi
 necessariò reddatur per cum. Confirmant II. Loca similem vocum
 positum similemque accentuationem habentia. Sic Jerem. 17, 14.
 עזובְּ צָבֵא מִקְרָא קֹדֶשׁ אֱלֹהִים אֱלֹהִים אֱלֹהִים
 viventium: Dominū: ubi uti hoc loco est I. verbū activū
 dereliquerunt quod respondet verbo activo in nostro textu
 II. Nomini שְׁמַנְיָה respondent voices illæ
 אהָה יְהָה III. מִקְרָא מִסְמָךְ תְּבוּנָה אֱלֹהִים
 in textu nostro, respondet נָאָה יְהָה in loco Jeremias, vel particula
 אהָה יְהָה יְהָה יְהָה
 utrobiq; posteriori saltem præponitur individuo. Sic Ezech. 4, 1.
 est illustrissimus locus, qui plane eundem habet positum, eandem vel
 numero vel specie accentuationē, verba sunt וְתִקְרָא עַל־יְהָה וְתִקְרָא עַל־יְהָה
 וְתִקְרָא עַל־יְהָה & insculpes illi urbem Hierusalem. Sic 1. Reg.
 2, 13. וְתִקְרָא יְהָה שְׁטָן לְשָׁמֶן אֱלֹהִים
 & זְמָן
 citavit Deus Salomoni adversarium Hadad. Gen. 26, 34.
 וְתִקְרָא אֲשֶׁר אֱלֹהִים & sumpsi uxorem suam Iehudit.
 In omnibus his locis vel eadem: vel plane similis est vocū & particula
 נָאָה dispositio: eadem accentuatio (quam in conflictu examinabimur)
 eadē igitur constructio & interpretatio. Concluditur igitur: Ubicunq;
 נָאָה est vocum dispositio & talis accentuatio: ibi נָאָה est determinativum
 substantivi præcedentū. Exempli loco possunt esse loca allegata.
 Hinc tollitur universalitas illius fundamenti, quo solo innititur altera
 expositio, acqvi si virum cum Domino: aliam enim rationem non
 habet quam particula נָאָה omissionem in præcedenti substantivo
 נָאָה. Ita enim Drusius: quodcumque ē me, inquit, sapiens fuit, an verum
 id sit, quod multi opinantur, Eam cum pareret Cain, existimasse, se
 Mesiam peperisse, qui constitutum erat caput serpenti. Nam dicit Gen.
 4, 1. acquisivi virum Dominum; at si hoc voluisse dixisset:
 אֲשֶׁר אָהָה יְהָה נָאָה אֲשֶׁר יְהָה
 vertendum sine ulla dubitatione virum cum Domino, adducit Drusius
 loco probationis v. 2. hujus capitii, ubi ante geminum nomen gemi-
 nata ponitur particula נָאָה אהוּ אהָה תְּבָלָן אֲשֶׁר & Zach. 11, 10
 סְכָלָן

miss

אַת נָשָׁא אֶת פְּקֻדַּת bāculum meū detorem ī e: q̄d dec̄r vocat̄
cur. Concludit igitur ex absentia particula **נִנְחָת** ante **וְ** veram interpretationem esse, cum Domino i. e. auxilio vel ope Domini: vel Deo duce & auspice, Deo juvente & opitulante. Adducens alium locum, ubi est **אֵלֹהִים** **בְּאַת** 1. Sam. 14, 4f.

Conclusus: III. Fluctuat tamen in illo capite & se nihil temere affirmare dicit Drusius. Lubrica verè ratio illa est, & regula illa male applicatur. Etenim qvod particula geminata absolute & sine limitatione determinet idem individuum falsum est, qvod ex multis unus docet locus Exod. 6, 3. ubi particula **נִנְחָת** præponitur nomini Abraham, Isaac & Jacob. Sic particula **לְ** s̄p̄ius ante eadem repetitur nomina, qvis verò exinde concluderet Abramum, Isaac & Jacob unum esse individuum. Igitur certum qvidem est, qvod geminatio particulae **נִנְחָת** item **לְ** inferat identitatem individui, sed i. non nisi in certo positu, scilicet particula **בְּ**, **לְ** & **וְ** utrig. nomini qvod rum est vel appellativum & proprium vel adjectivum & substantivum, proposita idem determinant individuum. Sic Num. 12, 8. **בְּעֵבֶר בְּ מִשְׁאָה** in servū meū in Mosen: Wider eben denselben meinten Knecht den Mosen: Gen. 22, 2. Ubiter ad insignem elegantiam & individui unius certius dicem determinandam, reperitur particula **נִנְחָת** qyorum exemplorum magnus dari numerus potest, ut in eodem capite v. 12 & 16, Exod. 7, 4. 2. Sam. 18, 5. & 12. sed & 29. & 32. versibus, & his addantur Exod. 2, 24. 2. Sam. 20, 21. &c: Qyæ omnia confirmant regulam illam in certo positu. Et 2. non contra. Breviter ex repetitione illius particula licet probare in allegato supra vocum posetu identitatem individui. At non ex illius repetitioni negatione, licet illud negare, sic hoc loco licet particula **נִנְחָת** posteriori saltem substantivo præponatur, idem tamen individuum notatur. Scilicet dicit Eva **נִנְחָת** sequitur accusativus, qui absq; nota accusativi sequitur verbum activum, adeoq; est acquisiri per generationem vñ u ast qvis ille; **וְ** **וְ** ipsum Dominum qui virtute sua divinā id qvod promisit, præstabit, & caput serpantis conteret. Conferantur jam exempla in conclusione secunda allegata. Objicit præterea Drusius Messiam promitti semen mulieris tantum: Cainum autem fuisse etiam semen

viri,

211

viri, adeoq; non opinari potuisse Eam', se peperisse Messiam. Resp.
 Messiam fore **תְּמִימָה** seu verum Deum scire poterat, ex primo illo sa-
 luti nostræ oraculo: at Messiam fore semen mulieris tantum, vel na-
 sciturum ex virginе, ex illo evidenter & sine formidine contrarii scire
 non poterat, qvanquam enim ibi semen mulieris dicatur, illud tamen
 non tam virginalem nativitatem vel partum, quam qui sit juxta cur-
 sum naturæ ex conjunctione foeminae & maris notare poterat. Præ-
 terea modus prædicationis Evangelii sub V. T. varias habuit ætates.
 In prima illa sub Adamo *infantia*, simpliciter creditum est, ventu-
 rum & nasciturum aliquando Messiam verumq; fore Deum, qui con-
 tritus fit caput serpentis, genus humanum liberaturus, & amissam
 perfectionem reducturus: hæc ex primo illo Evangelio simpiliciter
 crediderunt Adamus & ejus per septingentos annos successores & po-
 steri. Igitur infantia Ecclesie poposcit etiam simplicitatem doctri-
 nae vel **מִסְמֵחַת** ἡ ἀρχὴ τοῦ Ιησίου τὸ Ἰησοῦς non vero σερπετὸν
 φίνιον quæ illorum est, quos Apostolus dicit *per habitum multum ha-*
bere iam sensus exercitatos αὐθινῆς γέγονεν ασύρματος ad distinctio-
nem boni & mali. Clarius lux Evangelii sub Abraham, cum ex semi-
 ne proprio promittitur ille in quo benedicende erant omnes gentes.
 Videatur Gen. 22, 18. Non enim dicit *in seminibus* sed in individuo in
 semine tuo **אֶת עֲדֹנָיו** Gal. 3, 16. Clarius sub Jacobo cui in Spi-
 ritu manifestatus terminus vel certum tempus adventuri Messia, sci-
 licet ante supremam Gentis & Urbis adeoq; totius politiæ Judaicæ
 ruinam, vel ante totalem ablationem **מִוְרָכָת שְׁבָט** Gen. 49, 10.
 Clarius sub Elia qui quasi Evangeliste officio fungeretur, omnia de
 Christo dogmata clarius describit & Messiam ex virginе nasciturum
 prædictit. Probabiles rationes alias ex voce item קָנוּתְךָ קָנוּתְךָ
 איש &c. defuntas vel ut invalidas omittimus.

LOCUS III. De רְכִזָּה וּבְחַטָּאת peccato

cubante ad fores: ex Gen. 4. v. 7.

הֲלֹא אָמַת חַטָּאת שָׁאת וְאָמַת לֹא תַּחֲטֹב רְפַתָּח חַטָּאת
רְכִזָּה וְאַלְיָה תְשִׁקְהוּ וְאַפְתָּה הַמְשֻלָּבָן:

Expositionem hujus versus difficiliorem reddit diversitas generis,
 quæ est in inciso ultimo membris prioris. Proinde accuratius
 hic

Hic textus ex toto contextu est explicandus : scilicet uterq; & Cain & Abel offerunt : sed solus Abel litat & exauditur v. 3. 4. 5. Hinc juventu-
ni (Caino.) exarsit mediis dolor ossibus singens, dicitur enim v. 5.
וַיְהִי לֹא כָּאֵר וַיַּפְלֹן בָּנָיו & exarsit ira Caino valde & cecide-
runt (ut fieri solet in summo dolore) facies ejus. Fuit igitur in Caino
ira cum dolore seu pudore mixta, pudebat enim se primo genitum
dignitatibus illustrem, in tam publico divini favoris argumento pre-
fratre contemni. Hinc Deus ad Cainum v. 6. non est, quod pro-
pter non exauditum sacrificium tibi ira & dolor exardeat, nam non
מִנְחָה : Se הַיְתָה ut frater προσεύχεται τῷ Ιησοῦ. Hæ ratio latet in v. 7. in ve-
hementissima illa interrogatione, quæ talis est si resolvatur in absolu-
tam: ille qui קָרְבָּן i.e. qui vera fide offert, accipit: לא מִשְׁבָּת שָׁאת at
qui non vera fide offert, tantum abest ut levationem peccatorum acci-
piat, ut potius illo ipso opere peccatum publice omnium oculis ex-
ponat, & majorem Πτια Ιησίαν seu תְּשֻׁקָּה ēr τῷ σώματι τῷ
אֲנָגָלָה moveat: So iss dir die Sünde gar nahe / sie liegt sein offen-
bahr vor der Thür/ & ut jugiter tibi adhæreat vel ut dominetur in tuo
mortali corpore appetit cum tamen non peccatum tibi : sed tu pec-
cato dominari debeas.

Conclusio. Male igitur Fratri indignaris & Deo irasceris ô Cain
cum non verâ fide munus tuum obtuleris. Notetur igitur hic oppo-
sitio inter vocem שָׁאת quæ hic, levationem, refectionem seu remissionem
peccatorum, notat, & vocem לְפָתָח ante fores, quæ apertio vel ma-
nifestationem peccatorum, hic significat ; sc. illi, qui fide vera offert,
peccata teguntur, in profundum maris abiciuntur remittuntur &
non imputantur : illi, qui non vera fide offert peccata aperiuntur
manifestantur & ad diem terribilis illius judicii reservantur. Hoc
vult cum dicit בְּזֶבֶחַ חַטָּאת לְפָתָח Go lieget oder ruhet die Sün-
de gleichsam vor der Thür/ vor jedermans Augen/ id est, aperte. Quia
diversitatem generis, quam Græci & Latini Enallagm vocant, & hie
interpretes communiter explicant per Ellipsin ; sciendum quod hie
sit singularis loquendi modus, quem temere imitari non licet. Per
B. con.

constructionem nominis feminini **תֵּאָרֶת** eam participio
 masculino **רְבֵּץ** dicimus prævia scriptura notati omnem cor-
 ruptæ naturæ vitiositatem, sive sit ipse actus exterior sive
 prima **אַמְגִלָּה** **אַמְגִלָּה**. Paraphrasta Chaldaeus
הַלְּאָה אָם תוטיב עֲבוֹדָה יְשַׁתְּבָק רְדָ וְאָם לְאָה תוטיב
 עֲבוֹדָה לְוִסְטָה חַטָּאת נְטוּרָה דָּעַתָּה לְאַתְּפְּרִיעָה
 qvam pa-
 raphrasin non improbamus. Rectè igitur adhunc locum: R. Jarchi qui
 כתרגומו פרושנו qui idem cum R. Abenesra affixum in voce
 תְּשֻׁקָּה non ad Abelem: sed ad **רְבֵּץ** refert & optimè hoc
 de loco loquitur in commentariis. Rejicimus vulgatum qui reddit:
 nonne si bene egerū recipies: cujus grandem errorem in eadem vo-
 ce נְשָׂא notamus in eodem capite 4,13 qvem reddidit: major est ini-
 gittus mea qvam ut veniam merear ad stabiliendum sc. dogma de me-
 ritis bonorum operum: qvæ omnia ut & aliorum interpretatio-
 nes, nunc pretergredimur, contenti simplici loci hujus sensu. Ad-
 sumus tamen ad posteriorem locum cuius **אַפְּגָנָה** nobis præbuit
 vox חַוְבָּה מִלְשָׁכְבָּה interpretem Chaldaeu rectius reddiderit iudicent docti. Nos
 cum Chaldeo facimus.

LOCUS IV. Examinans benedictionem Japheti, Contentam cap. 9. v. 27.

וְפָתַח אֱלֹהִים לְפָרָג וּשְׁכַן בָּאָהָל שֵׁם :

Filiis Noe egressos unà cum Patre ex arcâ illâ, tres fuisse, & ab
 illis, illorumq; posteris terrarum orbem (successu tamen multi-
 temporis) esse vel exploratum, vel inhabitatum docent v. 18, & 19.
 Noachum post diluvium agitolum & vinitorem fuisse docet c. 9, 20.
 qvem, cum dulci flore Liberi saburratus manifestasset pudenda dor-
 miens, irrisit & fratribus id annunciat non sine singulari delectatio-
 ne Cham, Filius Noachi tertius & natu minimus v. 22. & 23. Sem
 verò & Japhet veste sumptâ, & gradu terrorum instituto, pudenda
 Patria

Patri operuerunt. Expergefactus igitur à vino liberius sumpto, vel ab ebrietate Noachus, videns quid fecerit sibi filium minimum, i.e. Chamum (v. 26.) dixit: *maledictu Chanaan, servus servorum sit fratribus suis.* Porro: *Benedictu Dominus Deus semi, & si Chanaan servus illi v. 26.* Dilates Deus Japhetum & habites in tentoriū Semi, v. 27. Deqvorum verborum in terp̄atione disceptant maximē interpp.

Conclus: I. Qvi versum hunc ita intrep̄tantur: *Conderet Deus Japhetum*; ac si esset à radice יְהֹוָה pugnant cum Grammatica.

Conclus: II. Qvi Tremellium secuti reddunt: *Allicit Deus Japhetum, ut habitet in tentoriū Semi:* Sensum quidem non male exprimunt, Deum scilicet allectorum Japhetum, ejusq; posteritatem ad tentoria Semi, sed vocis dispositionem sibi habent contrariam: Est enim hic Verbū in Hiph. in qvā formā illa significatio alliciendi nullibi reperitur, qvin si illa interpretatio obtinere posset, hīc esse debet tertia persona Fut. in Pihel יְהֹוָה, vel abjecto יְהֹוָה vide Exod. 22, 15. At hīc est יְהֹוָה pro יְהֹוָה Accedit qvod vox יְהֹוָה in malam maximē partem sumatur pro seductione, qvā in fraudem animi illiciuntur, vel pelliciuntur vide Exod. 22, 15. 1. Reg. 22, 19. & 21. 2. Parak. 18, 19. Prov. 16, 29. Præterea nullibi in scripturā hæc forma Hiph. reperitur.

Conclus: III. Rectissimē omnium reddidit Lutherus: *Gott breite Japhet auf:* Cum quo Conveniunt vulgatus & Münsterus, qvam hic reddiderit per Fut: *dilatabit.* Si est Prophetia, reddi debet: *dilatabit:* Sin votum: *dilatet.* Nos hīc votum cum vaticinio conjunctum esse dicimus, adeoq; rectissimē reddi: *Gott breite Japhet auf.* Illam ipsam enim qvāa vovit Senior Noachus, certissimē fore prævidit, posteritatis scilicet Japheti multiplicationem.

Conclus: IV. Optimē etiam reddidit uterque Paraphrasta Chaldaeus, Jonathan iisdem verbis utitur qvæ sunt in Hebrezo, & Onkelos reddens: יְהֹוָה וְהֹנֵח לִפְתַּח Aben Esra, qvi per vocem יְהֹוָה vel dilatabit id explicat, addens qvod he sit paranomasia in ter יְהֹוָה & יְהֹוָה & significationē hīc eandē esse qvæ in voce chaldaicā

פָתַח qvæ vox in Aphel habet נָפָתַח dilatavit, respondens hebraicas
hinc est tertia persona Fuit. נָפָתַח

Conclus : V. Membrum posterius dupliciter explicatur :
primo modo ut sit sensus, Quamvis Japhet sit dilatandus, in multitudo
gentium ab eo descendunt, tamen non habitabit in eo, per verum
& speciale cultum Deum, sed in semo, de cuius posteru factum est taberna-
colum tempore Mosis: alio modo, ut referatur ad ipsum Japhet, ut sit
sensus: Posteros Japheti tandem aliquando habitatores in territorio Semini
quod multitudo gentium à Japhet descendunt ingressura sit ve-
ram Ecclesiam, cum contra plurimis judæorum ex Semino descendente-
tium cæcitas contingere. Qvaritur ergo, an subjectum vocis
וְיִשְׁכַּן sit an vero אֶלְזוּם ex inciso præcedenti ? Resp. vox
וְיִשְׁכַּן immediatè præcidens omnium rectissimè habetur pro subje-
cto, ut sit sensus: Deum latissimam regionem Japheto concessurum,
exm̄ seu ipsius Posteros, suo tempore vera Ecclesia, qua in Vet. T. erat
in territorio Semi esse inserendos: sive id intelligatur de omni Ecclesiæ
Vet. & N. T. tempore, semper enim soboles Japheti contulit se ad ten-
toria semi: sive præcisè intelligatur tempus N. T. quando nō ēbūn,
teste Paullo Eph. z. 19. facta sunt συμπολισα τὸ ἀγίου item συγ-
κληρονομία τὸ οὐσιώμα τὸ ἐπαγγελίας εν πατέρι καὶ τῷ ἐπαγγελίᾳ cap. 3, 6. quod ipsum v. 5. vocatur: Mysterium magnum,
nullu ante temporibus hominibus manifestatum. Explicat etiam hoc
Apost. in Epist. ad Rom. cap. II, v. præcipue 25. ubi rursus mysterium
id vocat, quorundam scilicet Israëlitarum extirrationem, id est, à regno
Christi rejectionem, & gentium multitudinū ingressiōem, denique
omnium verorum Israëlitarum servationem. Duo igitur hic prædicit
& vovet Noachius: primò, quod Japhetus ad Ecclesiam & veram Reli-
gionem sit adducendus; secundò, quod sit tam Regionū latitudine,
quam posteritatu multitudine amplificandus: Cujus vel voti vel Va-
ticinii Complementum, nos non obscura Japheti Gomeriq; primo-
genitorum Noachi posteritas & Soboles hodiè testari possumus.

LO-

LOCUS V. מילוי הלשון id est, Confusio

linguarum descripta Genes. 11. v. 7.

Oratio Dei est.

תְּבִרֵה נָרוֹת זַגְבָּלָת שֶׁם שְׁפָתָם אֲשֶׁר לֹא

וַיִּשְׂמַחֵוּ אַרְשָׁ שְׂפָתָ רַעֲיוֹן:

VEl: Agite, inquit Deus, descendamus ibi labium eorum ut non audiendo intelligat unus linguam vel labium alterius. Quæritur hinc quæ ratio numeri pl. & an oratio hæc ipsius Dei facta sit ad Angelos: an ad personas divinitatis? Resp. Drusius & Lyranus de Angelis explicant, Verba hac, inquit Lyra, in plurali posita sunt Verba Dei ad Angelos, qui sunt executores divine justitiae. Resp. עַנְּא est hic, inquit, רבּוּ רַבּוּ הַשֵּׁם עַם הַמֶּלֶךְים locutio Dei cum Angelis.

Conclus: I. Vetera est Hebr. traditio, tum in explicatione Gen. 1, 27. tum in h. l. Neum hæc verba, in num. pl. posita, dixisse, *ad domum judicii*: quæ ipsa traditio, si rectè explicetur, est optimæ, qui enim de Angelis interpretantur, nugantur, cum domus judicii cœlestis, juxta veterum Hebræorum sententiam, fuerint תְּבִרֵה נָרוֹת & in illa personarum trinitas, cuius umbra erat in domo judicii terrestris, ubi ad minimum reqvirebantur tres personæ; propterea quod in domo judicij cœlestis anima adverterunt & crediderunt personarum trinitatem: Igitur in eo consentimus Rabbino Jachio, statuenti esse hic Orationem in domo judicij cœlestis, modo per domum judicij intelligatur, Pater, Filius & S. S.

Conclus: II. Urgenda præterea est particula תְּבִרֵה quæ ipsa suâ naturâ infert pluralitatem aliquam, est enim juxta Jarchium & רַדְק particula Congregandi seu Convocandi, ut præparent vel disponant ad operū vel Consilii alicuius executionem: quod ipsum sine Personarum pluralitate fieri non potest: Et noretur oppositio hujus ipsius particulae in hoc ipso verlu cum v. 3. Ibi enim Architecti magnificæ & mirificæ illius turris dixisse feruntur: alter ad alterum תְּבִרֵה נָרוֹת

Agite lateres lateris cemiu: Hic vel in v. 7. Deus impediturus insolentis illius operis consummationem etiam dicit **הָבֵן** Ergo ut ibi in Consilio laborantium fuit pluralitas, ad unius tamen operis expeditionem conspirans, ita etiam hic in Consilio Jehovæ est pluralitas quædam statuenda, cui ex æquo tribuitur illa actio, vel linguarum Confusio.

Conclus: III. Rectè igitur urgetur hæc illatio: Ille qui dixit: Age descendamus, fuit verè plures, ille qui dixit: descendamus, fuit Jehova, E. Jehova est verè plures, idq; pluralitate non esset, sed personarum. Porrò ad probandum orationem hic non esse ad Angelos, talis est illatio: Ille qui hic dixit: Age descendamus, Confundamus &c. & postea illud in effectum produxit, fuit Jehova, ut docent v. 6. & 7. Angeli non suat Jehova, E. Angeli non sunt illi, quibus dictum est: Age descendamus, confundamus &c. & per Consequens ad illos non fuit directa oratio: quæomnia fundantur in veritate hebraica.

LOCUS VI. Complectens & personam & sacrificium Melchisedeci, Gen. 14. v. 18.

מֶלֶךְ־צָרָק מֶלֶךְ שָׁלָט הַצִּיָּה
לְחַסְדֵּנוּ וּכְ

Quartitur I. Quis fuerit מלֶךְ־צָרָק qui Abrahamo ex expeditione illâ victoriosa revertenti in occursum venisse dicitur.

Conclus: I. Qvod מלֶךְ־צָרָק hic in Epistolâ ad Hebr. 7. v. 3. ἀποστολὴ καὶ ἀμύτως dicitur non hic sensus est, quasi Patrem vel Matrē non habuerit: vel qvod Angelus aut stella aliqua fuerit, sed qvod ipsius genealogia in scripturâ diserte non exprimatur, quare etiam ibidem additur qvod sit μῆνες αἰώνας μήρας &c.

Con-

Conclus: II. Communis veterum Hebraeorum & maximè
probabilis sententia est, qui per Melchisedecum intelligunt illastrem
dignitatem patriarchali & Sacerdotali Noachi filium Semum. Qvam
sententiam non tollit, sed confirmat magis supputatio anno-
rum vite Semi, qui se ultra tempora Abrahami, imò Isaaci exten-
dunt.

Conclus: III. Objicitur Melchisedecum dici & esse απολεγετο
item απολεγετο, απολεγοντο &c. at Semum genealogiam latissimam
manifestam & claram habere in scriptura ejusque Parentum satis illu-
strem fieri memoriam, adeoq; nec illi competere illa qvæ de Melchi-
sedeco attributa p̄dicanter. Resp. Lyranus Semum vere esse
απολεγοντο non quidem sub nomine Semi, sed sub nomine Mel-
chisedeci, qvæ responsio & iora sententia nihil habet improbabili-
te: qui enim vel Spiritum Sanctum vel unigenitum Dei filium intel-
ligunt per Melchisedechum qvod acriter defendit Canæus, illi, præter
qvam qvod multiplicant absurditates, tollunt collationem Melchi-
sedeci cum Christo ejusq; sacerdotio, qvæ est in Epist. ad Hebr. cap. 7.
Nec possunt non malè exponere illud qvod dicitur: Tu es sacerdos
in aeternum και τοξινος Melchisedeck. v. II.

Q. 2. An ex hoc ipso loco probari possit sacrificium Missæ,
& in specie ex verbis Καὶ λέγεται εἰς τὸν θυσίαν

Conclus: I. Fundamenta comparationis Melchisedeci cum
Christo sunt in Epist. ad Hebr. Igitur cum id ibidem ex his verbis
τοῦ θυσίαν λέγεται εἰς τὸν θυσίαν non demonstretur, nec analogia qvædam ex
illa productione panis & vini cum sacrificio aliquo N. T. qvod fingi-
tur, in cruento exprimatur, male etiam ex hoc ipso loco, vel ex illâ ipfâ
panis & vini à Melchisedeco productione probatur illius oblatio &
sacrificatio, qvin si concederetur factam hic esse aliquam oblatio-
nem tamen ex illâ probare velle panem & vinum in sacrâ Eucaristâ,
similier debere offerri; magna eis audacia. Et tollit hanc colla-
tionem transubstantiatio.

Conclus: II. Verbum Καὶ λέγεται εἰς τὸν θυσίαν est Conjug. Hiph. à θυσίᾳ
Significatio Ejus: Egredi fecit, produxit, protulit, Sic frequentis-
simè

simē deo dicitur Exod. 12, 51. *In die illo יְמֵי מִצְרָיִם* eduxit
Jehova filios Israël ex Agypto. Sic de virginē stuprasā dicitur Deut.
22, v. 21. *וְהַזְכִּירָה* producent juven ulam illam ad judices: non magis
igitur ex illā voce sacrificiam vel oblationem hic probare possunt Ponti-
ficis, qvam ex illis locis probari potest: Deum Israëlitas: iudices vero
illos accusatam stupri juvenculam in sacrificium obtulisse. Dicitur
qvidem de victimis etiam vox illa, sed in eādem non offerendi, sed pro-
ferendi vel educendi significatione. Sic de vaccā rubrā dicitur: Elea-
zar egredi faciet, vel educet illam extra castra, ubi manifesta est non
offerendi sed educandi significatio, additur enim statim: Et mactabit
illam Coram Domino. Adedq; hæc eductio planè & formaliter distin-
guitur ab ipso actu sacrificii vel oblationis, ut frustra talia loca con-
qvirat Bellarm. manet enim illa significatio, egredi fecit, item educit,
qvod autem illam educationem inter dum sequatur oblatio, non ex hac voce,
sed ex adjunctū formaliter probatur.

LOCUS VII. Desumptus ex

Gen. 19. v. 24.

וְהִנֵּה הַמֶּתֶר עַל - סֹרֶב וְעַל - עַמְרָה גְּפִוִת וְאַשְׁׁר
פָּאָרֶת וְהִנֵּה מִזְחָפִים :

Interpretatio lingua vernacula talis est: Aber der HERR ließ
Regnen über Sodom und Amora Schwefel und Feuer von dem
HERRN / von denselben sichtbaren Himmeln.

Conclus: I. Fundamentum accentus Rebhia in subjecto
propositionis, est in tercedens aliqua actio disparata, qvā jam absolutā
Spiritus Sanctus vel Moses, rursus redit ad commemorationem actio-
nis Dei, ac si diceret: Was hat aber bey solchen Sachen der HERR?
Resp. Er ließ regnen. Exemplum simile cap. i. Jonæ & quidem in ipso
nomine Jonæ.

Conclus: II. Qvar: Qvaratio Attach, & ipsius convenien-
tia cum interpretatione? Resp. in interpretatione membra secundi,
repetendum est prædicatum membra primi, qvā ratione conciliantur
omnia

omnia scripturæ loca, ubi vel accusativus actionis qvæ notatur, per
prædicatum propositionis, vel alia qvædam pars propositionis illius,
qvæ formaliter est in membro primo, rejicitur in membrum secun-
dum, intercedente duce Atnach.

Conclus: III. Communis interpretatio & ratio geminatæ
divini nominis glorioſi (Der HERR ist regen von dem HERRN)
ponitur auxesis, ſeu vehementia illius miraculosa pluvia; ita Buxtor-
fius & Drusius, ſecuti Rabinoſ, ut ita illud: פָּאַת יְהוָה idem
ſit qvod pluvia copioſa, magna. Sed R. אֱלֹהִים ita: Est, inquit, phraſis
illa: וַיְהִי בְּבָרֶךְ הַמֶּתֶר מֵאָתָּה יְהוָה Dominus pluere fecit à Do-
mino עַל־צְחֹרֶת הַלְּשׁוֹן id eft, eleganția lingue & ſeſtus ejus: Pluere
fecit Deus à ſe ipſo.

Pro lententiâ verè Christianâ urgeri potest. I. Expressa interpreta-
tio glorioſi divini nominis in פָּאַת יְהוָה aliud igitur eft Je-
ho-
vah, de qvo dicitur וַיְהִי בְּבָרֶךְ הַמֶּתֶר plaere fecit Dominus, & per-
ſonaliter ab eo diſtinctus, de qvo dicitur מֵאָתָּה יְהוָה מֵאָתָּה à Domino.
Citant qvidem Rabini exempla ſimilia, ſed 1. illa ſunt omnia humana
vel loquuntur de hominibus. Nec patiuntur 2. ſe applicari cum hoc
loco, ut patebit illi, qvi illa accuratiū conferet. Præterea veteres He-
brei, ſicut loca Gen. II 7. c. 1. 27. c. 3. 22. ita etiam hunc de domo
judicij coeleſtis ſunt interpretati, per qvam illos intellexiſſe persona-
rum Trinitatem verosimile eft, hinc Hebrei tradiderunt, in domo
judicij terreſtris ad minimum reqviriri tres personas. Rab. Jarchi ex
preſe in hunc locum: כִּי מִקְוָם שְׁנָמָר כֵּן וַיְהִיא וּבָתְּרוּן
id eft, Omnis locus ubi eft nomen glorioſum cum intelligitur Dominus &
Dominus iudicij ejus.

II. Urgeri potest accentuatio: Atnach enim qvi determinat
membrum prius & post quem demum eft פָּאַת יְהוָה hic ali-
qvid ſingulare & personaliter ab illo וַיְהִי qvi ſubjectum fuit pro-
positionis, in iaciso primo diſtinctum omnino notat. III. Explica-
tio per אלְהִים tum in v. 29. tum in aliis ſcripturæ locis, ubi fre-
quenter de Allohim dicitur eversio Sodoma & Amore. Atqvi ex אלְהִים pluralitatem evidenter, Trinitatem probabiliter probari certum
eft.

C

LOCUS

LOCUS VIII. נסיך אמרה id est tentatio

Abrahmi, ex Gen. 22. v. 2.

Describitur in hoc capite, insignis Abrahami tentatio & illustris
psius filii Dei de futurae Abrahami seminis benedictione oratio.
Tentationis illius, sed & fidei Abrahami magnitudinem, non saltem
verba, orationes solito concisiores, sed & singuli declarant accentus,
non sine singulari accentuationis cum re ipsa analogia, evidenti pla-
nè argumento, eundem, quem voces, accentuationem etiam habuisse
auctorem, Spiritum sc. Sanctum & qui ejus impulsu locuti sunt sancti
Dei homines. Certum igitur est Mosen orationem illam divinam,
quæ describitur v. 1,2. per accentus expressisse, eadem plane quæ in ipsa
tentatione est à Deo pronunciata, distinctione. Dicit igitur Deus ad
Abrahamum v. 2. Lieber nim doch ; (Accentus hic in Genuenti-
bus & aliis codic. est Telischha Ketanna : in Buxtorfiano & aliis
Gedola, de quæ varietate judicium dabitur quærentibus) deinen einigen
und herzgeliebten Sohn (paschata geminatus) den Isaac (accentus
Dux Sakepkaton) und mache dich eylend auss (Sakepkaton antec-
dente paschta, contra analogiam, intercedente maccaph) nach dem Lan-
de Moria (accentus Dux geminus Tipcha & Adnach) und opfere ihn
daselbsten (paschta) zu einem Brandopffer (Dux Sakepkaton) auss ei-
nem derselben Bergen (Sakepkaton) welchen ich dir weisen werde
(Sylluck & Tiphcha.) Ita divinam planè gradationem & supremæ ten-
tationis rationem non voces saltem, inquitibus mirifica quædam vis-
est : sed & ipsa docet accentuatio : ad tantò majorem tentationis
fidei Abrahami demonstrationem.

LOCUS IX. Agens de dupli accentua- tione loci Gen. 35. v. 23.

Difficultatem hic facit accentuatio gemina; eaq; diversissima, quæ
nunquam alias nisi in hoc versu & decalogo reperitur.
Conclus: I. Sunt in hoc versa בְּנֵי שָׂעִיר id est, geminus re-
spectus accentuationis: alter estrad פַּרְעֹשׁ leu versum: alter ad בְּנֵי
seu sensum vel argumentum qui ipse diversus respectus est fundamen-
tum

etum diversae accentuationis. Diversus respectus fundatur in argumenti diversitate, cuius signum est illud minusculum **ה**, quod in medio verso novum designat argumentum, sine addito vel praemissu.

סוף ב' ס' ק'

Concl: II. Igitur separanda est accentuatio argumenti, quod absorbitur in **ישרא-** (utidocet ocularis inspectio, in verso enim illo agit, de incestu Rubenis stratum patris nefario ausu inquinantis: in illo ipso autem verso à minusculo **ה** incipit numerus filiorum Jacobi ipsorumq; generalogia) ab accentuacione versus, qui, ut versus, demum ibi perfecte clauditur, ubi purum est Sylluk sequente.

ע' ס' ק' ס' ס' ק' adeoq; in voce **ישרא-**

Conclus: III. Sylluk argumenti est in voce **ישרא-**, estque talis seqvela respectu argumenti (In voce וְשֶׁבֶב incepit exprimi diversa accentuatio, ubi respectu argumenti est) Sakephgadol, tiphca, munach, Atnach in voce **אַכְיָן** quod est Atnach argumenti, adeoq; hic determinatur velut membrum primum argumenti, sequente membro secundo: In quo naturales omnis membra biverbalis Domini, iiq; perpetui, respectu argumenti obtinent Tiphcha & Sylluck: adeoq; hic determinatur argumentum vel ut italoqvi liceat *versus unius argumenti* in Israel. Altera accentuatio est versus, cuius respectu ab inciso tertio talis est seqvela: paschta, munach, Sakephkaton, Tiphcha (geminas sustinens vices & argumenti & versus) Atnach (hic determinatur, membrum prius versus) membrum posterius assument accentuationem simplicem determinato jam ante argumento, per Sylluck in voce **ישרא-**

LOCUS X. Proponens accentuationem.

v. 8. & 9. cap. Gen. 49.

Cond: I. Et in scriptura inter rem ipsum & ejus accentuatio nem analoga quædam, & ubi res sunt singulares, & character orationis magnificentior: ibi quoq; accentuatio est magnificentior. Exemplum sint omnes Prophetæ & illa quæ in libris Historicis Prophetico spiritu & magnificentiori charactere conscripta sunt monumenta, in quibus & gravior & magnificentior est oratio & ac-

Centuatio p̄ractoeris c̄apitibus in quib⁹ narrantur historiæ. Exemplum etiam suppeditant Psalmi 90. Sic in v. 8 c̄ap. 49. Gen. sicut oratio ita etiam accentuatio est magnifica, adeoq; talis etiam designatur lectio per accentuationem DUCIS in voce prima, dUCIS in voce secundâ, dUCIS in voce quartâ, quintâ &c: qvæ accentuatio, si vera debet esse lectio, accuratè est observanda, & distinctè voces distinctæ sunt pronuntiandæ, ut exprimatur affectus dicentis.

Concl: II. In multiplicatione incisorum: ex: gr: si sit ternarius incisorum numerus, in membro primo, prius regulariter determinatur per Rebhiam, secundum per Sakephaton, tertium trahitur ad membrum per Attach.

Concl: III. Si Rebhia, subseqvente alio tantum inciso, est in voce primâ, Sakephaton est in voce secundâ vel tertiat: in secundâ si duæ voces conjungantur & conjunctionem terminent: in tertiat: Si tribus vocibus fiat illa determinatio & vocum in unam euniciationem conjunction: qvâ ratione in voce secundâ versus est paschta, in tertiat munach. Si S. kephaton sit in voce secundâ, incisi, vel tertiat versus, in voce præcedenti, si separetur, est paschta; si conjungatur est munach. Rarissima sunt exempla, ubi S. kephaton statim est post Rebhia, qvâ ratione in illâ ipsâ voce, in qvâ est Sakephaton simul incidere solet minister munach, qui vulgo à Grammaticis habetur provicario accentus metheg, licet minus recte, cum munach etiam ibi sit necessitate seqvelæ, qvætam necessaria est, ut deficiente licet voce, munach in ipsa voce Domini sui Sakephaton locum occupet, & Dominio suo ministerium præstet. Non raro etiam vel nomen aliquod vel pronomen qvod poterat præcedere verbum Sakephatonatum latet in illo ipso verbo qvod est cum Sakephaton: qvâ ratione Munach illi latenti nomini vel pronomini ministerium præbet in illo in quo latet verbo.

Concl: IV. Qyotiescunq; membrum posterius tantum constat quatuor vocibus, ita ut subjectum constet duabus posterioribus in conjunctione positis, prædicatum autem duabus prioribus, positis in conjunctione verbi cum nomine vel pronomine: toties prædicatum determinatur per Tipcha, continuatur per Merka: subjectum continuatur per Merka, determinatur per Sylluck.

Con-

Concl: V. Si incisum Sakephkatonatum tribus constat vocibus vel vox secunda habet conjunctionem cum tertia, quā ratione in voce prima est paschta, secundā Munach, tertia Sakephkaton; vel prima habet conjunctionem cum secundā, quā ratione necessariō vox prima habet Mapach, secunda paschta, tertia Sakephkaton: Nec mutatur hæc accentuatio nisi mutetur constructio & vocum dispositio. Sic h. l. si talis debet obtinere interpretatio: *Juda est Catulus Leonū*, non potest esse alia, nisi quā hic est accentuatio: si paschta esset in voce primā, se queretur necessariō talis prædicatio & interpretatione. *Leo Juda est Catulus*: Igitur illud jus ducis paschta ante Sakephkaton & ejus positus in voce primā vel secundā apprimē est notandus, in verā interpretatione.

Concl: VI. Paschta si sit in voce secundā, non raro determinat totum prædicatum, qvin si integra propositio sit determinanda, in inciso primo necessariō paschta determinat subjectum vel prædicatum.

Concl: VII. Nunquam in universis Biblis est Sakephkaton in alterutro membro, post quod non sit Dux Tipcha: idq; vel immedia-
tè, si incisum ultimum tribus constet vel duabus vocibus: vel media-
tè, idq; solo ministro Merka in utroq; membro.

Concl: VIII. Nunquam munach cum Atnach est, nisi in vocib-
us conjungendis: igitur, Ubi cunq; ante Atnach est munach, ibi vox
munachata necessariam requirit conjunctionē eum voce Athnachatā.

Concl: IX. In voce primā membra posterioris v. 9. non est Dux Paschta, sed minister Kadma. Quando enim Tebhir dux est in voce tertia, in voce secundā est minister Darga, in voce primā Mu-
nach vel Kadma.

Concl: X. Qvoties totum membrum vel incisum qving; sal-
tem constet vocibus toties Dux Tebhir occupat vel vocem primam vel
secundam; si secundam, præcedit minister (Darga) in voce primā,
& Tipcha est in voce vel tertia vel quartā, prout vel vox tertia disjungi-
tur, vel conjungitur cum quartā. Si Tebhir est in voce primā, in
voce secundā est minister Merka, in tertia Tipcha, in quartā merka, in
qvinta Sylluck: Qvotiescunq; Tebhir est in voce secunda; toties post

C 3 Tebhir.

Tebhir unum saltem est Merka. Quoties Tebhir est in voce primâ: rotis post Tebhir est geminum Merka.

Concl: XI. Crescentibus vocibus, crescunt etiam à fronte accentus, hinc si Tebhir sit in voce tertia totius membra, & voces praecedentes conjunctionem requirant, cum voce notata cum Tebhir, jam facile patet quinam accentus ministri necessariò in vocibus duabus prioribus sint ponendi: scilicet in voce primâ Kadma, in secundâ Darga. Exemplum sit hoc membrum. Qvaritur quare in voce primâ non sit darga: in voce secundâ Tebhir, in tertia merka, in quatrâ Tipcha &c. quae magis analogavidebatur esse accentuatio? Resp. I. Duæ voces priores, scilicet קָרְבָּה & רַבָּץ non quamlibet incurvationem vel cubationem hic denotant, sed illam, quae est sicut Leonis animositas; proinde cum duo illa præterita ex voce illâ quæ habet similitudinis explicationem desiderent, & ab illâ determinentur, necessariò duo illa præterita erant conjungenda, per accentuationem conjungentem cum קָרְבָּה & per conseqvens non poterat esse Tebhir in ultimo præterito nec Merka in tertia voce. II. Qvod autem in voce tertia propter conjunctionem ejus cum voce quartâ, magis videtur analogus fuisse minister Merka, quam Dux Tebhir propter copulatum: Ad id Resp. Accentuationem hanc omnino singularem quidem: sed necessariam tamen & immutabilem esse; ipsisq; rebus quas distinctas voluit esse Jacobus analogam; Etenim vox קָנְדִּיר maximè respicit tempus Davidis. Vox וּכְלֹבִיא respectum maximè habet ad tempus Salomonis, sub quo luda era instar veterani Leonis in terrâ cubantis & prædam confumentis. Adquem respectum designandum necessariò in voce קָרְבָּה reqvirebatur Dux, qui hic nullus aliis esse poterat quam Tebhir. Sicut igitur regni Judaici adolescentiam comparat leunculo vel גָּזֵר Arva ita ejus inventum comparat perfecto leoni, catulos habenti vel לְאַרְוָת Profectam deniq; etatem comparat Leoni seniori, animosiori, qualis & sicut catulus Leonis vel גָּזֵר Arva habet Ducem Paschta, ita Arva habet Tebhir לְבִיא ducem Tipcha.

מִפְקָר מִנוּ מִתְקוֹר

I. Optimè Paraphrasta Chaldeu παραφράτη votum illud quod in solemnis filiorum benedictione, venerando, jamq; moribundo seniori

לישועך קורא יונתן
Luth: noster. Herrich warde auf dein Heyl. ad qua verba inter alia ita
magis φέλει: Non expecto redemtionem Gedeonis, nec salutem
Samsonis, quae est transitoria, sed exspecto redemtionem Christi filij David, qui venturus est ad ad-
ducendum filios Israel, cuius redemtionem desiderat anima mea.
Cum quā convenit Targum Hierosolymi tanum. Ex sententiā ignur
Paraphraſta idem Senior Jacobus leſideravis: quod Simeoneculū ſuū
vidit & depraedicavit ſcilicet: τὸ σωτήριον νῡεις.

II. Merito probatur verſio Lutheri quā v. 2. c. 49. Gen: prever-
ſione Bibliorum Germanicorum Antelutheranorum Dubiū mynērſgebar-
ne/ du bist myn ſtärke unde dat Begin mynēr Wehdagen: de erſte in den
Gaven/de grōſte im Gebed.

III. Plutarachus & Tacitus falso ſunt, quando dicunt Iudeos afnum
honorare.

IV. נציב מלך recte reddidit Lutherus Eine Salzſeuſ. Gen.
19. v. 16.

V. Ex voce רען punctationū lubrica fides probari non potest: po-
terat igitur gl̄ffsa quae eſt in Bibliū Germanicū ad Gen. 38. à Typographū
omitti: debebat ſane in hac majori literarum barnum luce.

VI. Samaritanos, ait Scaliger in praetato de emendat. temporum
libro, convenarum gentium colluviem eſſe, conſtat ex 2. Reg. 17. Gens eſt
hodie ſupra Judæam, totius reuſtatiū, etiam, quae ad ipſos pertinet, igna-
rissima, in monte Garizim conſtitutas ſedet & ſacrarium habent: neg. à
temporibus Exodi ſeinde unquam expulſos fuſſe, aut aliunde, quam ex
Ægypto huic immigrasse credunt. Reges veteres Samaria, defectionem 10.
tribuum, impulſore Ierooboamo ne fando qvidem acceperunt. Nomina Sam-
aroni, Samueli, Davidi & aliorum obitē perſtricta habent in Chronico,
qui liber Iosua ab illiū dicitur. In reliqua reuſtate omnino peregrini
ſunt. Hac Scal. & tamen horum ignarissimorum & in omni reuſtate
peregrinorum ſide nituntur, qui characterem veterem Ebraicum nobis
denegant, illiū autem Samaritanū vindicant: inter quos idem Scaliger.

VII. Rabinus Benjamin Tudelenſis Ebræus peregrinationibw to-
tius fermē orbū clarus de hī ipsiū Samaritanū ita ait: Sebaste hodie Sama-
ria eſt, in quā Regū Ahab palatum adhuc internoscitur. Fuit vero
amœ-

amoenissima urbs in monte sita, fontibus amoenis, hortis, vinetis & olive-
tū insigniter exornata; nullumq; Iudeorum habitantem habet. Ab hac
duabus Leucis Nables (vel Neapolis) distat Sichem olim dicta, in monte
Ephraim ubi nulli Iudei sunt, jacetq; urbis in profundā valle inter Gari-
zim & Hebal mones, in quā Cuthaei (samaritanos) centum fermē sunt,
Iulius Mosaicus legi observatores. Habent vero sacerdotes ex posteritate
Aaronis (super quo sit pax!) qui cum nullis aliis connubia jungunt, nisi
cum familia sua feminis, aut viris, appellanturq; vulgo Aaronites: verare
sunt ministri & sacerdotes illorū Samaritanorum. Faciunt au-
tem sacrificia, & accendunt holocausta in Synagogā q̄ram in monte Garin-
zin habent, citantes illud, quod in lege scriptum extat: Et dabū benedi-
ctionem super montem Garizim: Et hanc Synagogam ajunt esse domum
sanctuarī: in solemnitate autem Paschali & aliis festis diebus
super aram in monte Garizim constructam ex lapidibus per filios Israe-
lē ex iordane sublatū offerunt holocaustum. Factane se se ex tribu E-
phraim esse. Apud hos est sepulcrum Ioseph justi, filii Jacob patris nostri
(super quo sit pax!) quemadmodum dictum est: Et ossa Iosephi, q̄a &
filii Israel ex Egypto deportata, in Sichem sunt condita. Carent autem
hū tribus literis יְהוָה qvarum loco a. hoc est spiritum renuem substi-
tuunt. Hoc signo manifestè arguantur non esse ex Israeli posteritate
ac semine, cum agnoscant legem Mosis, hū tribus literis exceptū, quas i-
gnorant: observant autem se à contaminatione mortui & occisorum, &
osium, & sepulcri. Synagogam ingressuri, vestes, quibus quotidie utuntur
exnuunt, corpus aqua lavant, & alias vestes in hunc usum tantum compara-
tas induunt. Hæc bona fide ex Itinerario Ebraico translata apponimus.

VIII. Davidū guardia seu custodia capiū Regis fuit ex Cerethauis
id est, juxta Parapharostam antiquum, Philisteū. Non omnū igitur
Φιλακή, q̄a sit Διδένεως, est τυραννή, & Davidū exemplo licebit
Regi vel principi experegrinū custodiā corporis armatam legere.

Post Aphicomen non est amplius qvicqvam
comedendum.

ajunt Talmudistæ, hic igitur

תְּמִימָנָה וּנְשָׁלָה עֲשֹׂר סְחוּמָה בְּרַאשֵׁיהָ
בְּרוּךְ חָנָן לְשׁוֹן לְמִזְרָחָה לְמִן אֲנוֹשֵׁיהָ;

๘ [*] ๙

Concl: V. Si incisum Sakephkatonatum
bus vel vox secunda habet conjunctionem cum
in voce prima est paschita, secundâ Munach, ter-
tia prima habet conjunctionem cum secundâ, qvæ
vox prima habet Mapach, secunda paschita, tertia
mutatur hæc accentuatio nisi mutetur constructio.
Sic h. l. si talis debet obtinere interpretatio
Leonii, non potest esse alia, nisi qvæ hîc est accen-
tus in voce primâ, se queretur necessariò talis pra-
tatio. **Leo Jude est Carulus**: Igitur illud jus du-
kephkaton & ejus positus in voce primâ vel secu-
tandus, in verâ interpretatione.

Concl: VI. Paschta si sit in voce secund
nat totum prædicatum, qvin si integra propositio
inciso primo necessariò paschta determinat sub
tum.

Concl: VII. Nusquam in universis Bibliis alterutro membro, post quod non sit Dux Tipchate, si incisum ultimum tribus constet vel duabus vertè, id est solo ministro Merka in utroq; membro.

Concl: VIII. Nunquam munachum Atnachis
bus conjugendis: igitur, Ubicunq; ante Atnachum
munachata necessariam requirit conjunctionem eum.

Concl: IX. In voce primâ membra poste
Dux Paschta, sed minister Kadma. Qvando enim
voce tertîâ, in voce secundâ est minister Darga, i
nach vel Kadma.

Concl : X. Qvoties totum membrum vel item constet vocibus toties Dux Tebhīr occupat vel secundam ; si secundam, præcedit minister (Darg & Tipcha est in voce vel tertia vel quartā, prout vel tur, vel conjungitur cum quartā. Si Tebhīr est in voce secundā est minister Merka, in tertia Tipcha, in quinta Sylluck : Qvotiescunq; Tebhīr est in voce se-

